Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



38

31

uite Sicut enim unus hominis in obedientia pec
catores constituti sunt multi: ita et per unus obe
dientiam hominis iusti constituentur multi Lex autem subin
trauit ut abundaret delictum Ubi autem abunda
uit delictum superabundauit et gratia: ut sicut regna
uit peccatum in morte: ita et gratia reguet per iustitiam
in uitam eternam Per iesum xpm dnm nrm Sun
t. Descendit iesus in caphar naum Lucam
ciuitatem galylee: ibique docebat illos sabbatis.
Et stupebant in doctrina eius: quia in potestate erat
sermo ipius Et in synagoga erat homo habens
demonium immundum et exclamauit uoce mag
na dicens Sine Quid nobis et tibi iesu nazarene
Venisti perdere nos Scio te quis sis sanctus dei.
Et increpauit illum iesus dicens Obmutesce et
exi ab illo Et cum precipisset illum demonium
in medium: exiit ab illo: nichilque illum nocuit
Et factus est pauor in omnibus: et colloquebant
ad inuicem dicentes Quod est hoc uerbum: quia
in potestate et uirtute imperat immundis spiritibus
et exeunt Et diuulgabatur fama de illo in
omnem locum regionis Feria vj. ad colossenses
Fratres Orationi: instate uigilantes in ea
in gratiarum actione: orantes simul et pro nobis
ut deus aperiat nobis hostium sermonis ad loquen
dum misterium xpi Propter quod etiam uinctus
sum: ut manifestem illud: ita ut oportet me
loqui in sapientia ambulate ad eos qui foris
sunt tempus redimentes Sermo uestr semp
in gratia sale sit conditus: ut sciatis: quomodo oporteat
uos unicuique rndere: in xpo iesu dno nostro.